

Cambridge University Press

978-1-108-05334-1 - Flores Historiarum: Volume 1: The Creation to A.D. 1066

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

FLORES HISTORIARUM.

Incipit prologus in librum qui Flores Historiarum intitulatur.

MSS.
Cheetham
and Eton.
St. Alban's
compila-
tion.
Matt. Par.
i. 1 from
Ado and
Robert de
Monte.

Temporum summam, lineamque descendantem ab exordio Prologue mundi, cum successionibus quorundam regnorum et regum,¹ ad eruditionem futurorum duximus annotare, ut ex brevibus lector devotus plura colligere possit. Sed quid contra quosdam auditores pigros dicemus, qui obtrectando dicunt, quid necesse est vias vel mortes seu diversos hominum casus litteris mandare, prodiga cæli et terræ vel aliorum elementorum scriptis impressa perpetuare? Noverint isti, bonam vitam et mores præcedentium ad imitationem subsequentium proponi, malorum vero exempla ut non imitentur, sed ut potius vitentur, describi. Prodigia autem vel portenta præterita qua famem,² vel mortalitatem, vel alia supernæ vindictæ flagella fidelibus innuunt, ideo memoriae per litteras commendantur, ut si quando similia evenerint, peccatores qui se iram Dei in aliquo incurrisse meminerint, mox ad remedium poenitentia, per hæc Deum placaturi, festinent. Ob hanc itaque causam (licet aliæ non desint) Moyses legislator in historia divina innocentiam³ Abel, Caym⁴ invidiam, simplicitatem Job,⁵ dolositatem Esau, maliciam undecim filiorum Israel, bonitatem duodecimi, scilicet⁶ Joseph, pœnam quinque civitatum per consumptionem ignis et sulphuris manifestat; quatinus bonos imitemur, malorum esse sequaces abhorreamus, ut peccati fomitem fugiendo radicitus enerve-

¹ regum] regnum, E.

² famem] finem, E.

³ innocentiam] innoticiam, E.

⁴ Caym] Cayn, E.

⁵ Job] so Ch. E. A. Cl. Re.;

o 21874. Wt. 740.

Jacob, the other MSS., which is probably the original reading. See Matt. Par., vol. I., p. xlvi.

⁶ scilicet] om. E.

Cambridge University Press

978-1-108-05334-1 - Flores Historiarum: Volume 1: The Creation to A.D. 1066

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

mus; et hoc non solum Moyses, sed et omnes divinæ paginæ tractatores, et in historicis et in moralibus libris faciunt, virtutes commendando, vitia detestando, Deum timere simul et amare nos admonent. Non sunt igitur audiendi, qui i. l. Cronicorum libros et maxime a catholicis editos dicunt esse negligendos, per quos quicquid humanæ sapientiæ et saluti necessarium est, per memoriam invenire, per intelligentiam cognoscere, et per facundiam proferre studiosus valeat indagator.

St. Alban's
compila-
tion.*De opere primordiali sex dierum.*The crea-
tion.

Sex diebus Deus rerum creaturam formavit. Primo condidit lucem. Secundo firmamentum cæli in medio libravit aquarum, ipsis aquis ac terra cum cælo superiore ac virtutibus, quæ in ea conditorem laudarent, ante horum sex dierum exordium creatis. Tertio, congregatis in suum locum aquis quæ cuncta contexerant, aridam¹ jussit apparere. Quarto, sidera in firmamento cæli posuit, qui nunc, quantum per conjecturam æquinoctii colligitur, duodecimus kalendarum Aprilium dies vocatur. Quinto, natatilia, volatilia, et animantia creavit. Sexto, animalia terrestria et ipsum hominem Adam in agro Damasco formavit, de cuius latere dormientis matrem omnium viventium Evam produxit, qui nunc (quantum credibile videtur) decimus kalendarum Aprilium dies appellatur.² Unde merito creditur, si non verior sententia vicerit, eodem decimo kalendarum Aprilium die Dominum fuisse crucifixum. Decebat³ enim, ut una eademque non solum ebbomadis, sed et mensis, die, secundus Adam, pro generis humani salute vivifica morte sopitus, productis e latere suo cælestibus sacramentis, sponsam sibi sanctificaret Ecclesiam, quo videlicet die primum Adam Ipse creaverat, ejusque de latere costam tollens, mulierem formaverat, cuius adjutorio genus propagaretur humanum.

De peccato Adæ.

Adam in Paradisum, unde quatuor flumina oriuntur, translatus, cum uxori cæterisque animantibus ac rebus nomina im-

¹ *aridam*] om. E² *appellatur*] vocatur, E.³ *Decebat*] Dicebat, E.; Diceba-

tur, H.

Cambridge University Press

978-1-108-05334-1 - Flores Historiarum: Volume 1: The Creation to A.D. 1066

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

HISTORIARUM.

3

Matt. Par. posuisset, de pomo comedendo uxori suæ adquievit. Unde, i. 2. pro verecundia nuditatis factis perizomatibus, a Domino de Paradiso ejecti, de terra maledicta in sudore vultus sui panem adquirunt. Deinde collocatis¹ a Domino ante hostium Paradisi Chernbin cum gladio flammeo, non solum primi parentes, sed et tota eorum² progenies, a Paradisi deliciis sunt ejecti.

De generatione Adæ.

Adam cognovit uxorem suam, scilicet non in Paradiso, sed jam reus et ejectus. Et licet lator legis Moyses generationes Adæ, festinans ad tempora Abrahæ patris Hebræorum, prætermiserit, plures tamen Adæ subticet³ filios et filias. Sed Methodius martyr oravit, dum esset in carcere, et revelatum est ei a Spiritu de principio et fine mundi, quod et oravit, et scriptum, licet⁴ simpliciter, reliquit, dicens, quod virgines egressi sunt de Paradiso,⁵ et anno vitæ Adam quinto decimo natus est ei Caym, et soror ejus Calmana. Post alios xv. annos natus est ei Abel, et soror ejus Delbora. Deinde vitæ suæ, id est Adæ, cxxx⁹. Caym occidit Abel, et luxerunt eum Adam et Eva c. annis, et tunc natus est ei Seth, tricesimo anno primæ chiliadis, id est primæ ætatis.

De morte Abel.

Caym agricola dolens sua munera et non fratriis fuisse reprobata, licet a Domino increpatus, fratrem septiformi peccato⁶ interfecit. Postea vagus et instabilis super terram factus,⁷ postquam a Domino est maledictus.

Generatio Caym.

Cognovit Caym uxorem suam Calmana, quæ peperit ei Enoch. Enoch genuit Irad. Irad genuit Maniael. Maniael genuit Matussael. Matussael genuit Lamech. Hic duas habuit uxores, Ada scilicet et Sella. De Ada genuit Jobaal, Sella vero Tubalcaym et Noema. Iste Lamech primus homi-

¹ *collocatis*] collatis, E.⁵ E. ins. in margin “scilicet² *eorum*] ipsorum, E.

“ Adam et Eva.”

³ *subticet*] subticuit, E.⁶ E. ins. puniendus in marg.⁴ *licet*] om. E.⁷ E. ins. est.

Cambridge University Press

978-1-108-05334-1 - Flores Historiarum: Volume 1: The Creation to A.D. 1066

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

num bigamiam introducens, cum virum in vulnus et adoles- Matt. Par.
centem in livore occidisset, uxoribus ob hoc sibi poenam in i. 3.
septuplum deberi prædixit. Jobaal, adinventis portatilibus
pastorum tentoriis, primus greges secundum qualitatem, genus,
et ætatem distinxit. Jubal pater canentium in cithara et
organo, id est musicæ artis inventor, in columpna latericia
et altera marmorea contra incendium et diluvium ipsam artem
sculpsit. Tubalcaym, ferrariae artis inventor, sculpturæ ope-
rum in metallis fabricator fuit, cuius malleorum sonitu Jubal
delectatus proportiones vocum primus¹ ex eis perpendit.

De numero annorum primæ ætatis.

Adam, ut superius dictum est, genuit Seth. Seth genuit
Enos. Enos genuit Caynan. Caynan genuit Malaleel. Ma-
laleel genuit Jareth. Jareth genuit Enoch. Iste Enoch
placens Deo, translatus in Paradisum, vivit cum Helya, qui
quibusdam litteris inventis librum, ut in epistola Judæ con-
tinetur, scripsit; sub quo etiam Adam creditur mortuus.
Enoch genuit Matussale. Matussale genuit Lamech. Lamech
genuit Noe. Vixit autem Adam DCCXXX. annis. Seth,
DCCXII. Enos, DCCCV. Caynan, DCCCXX. Malaleel, DCCXCIV.
Jared, DCCCOLXII. Enoch, CCCLXV. Matussale, DCCCOLXIX. La-
mech, DCCLXXVII. Noe vero cum quingentorum esset anno-
rum, genuit Sem, Cham, et Japhet.

*Hic terminatur prima Ætas, habens secundum Hebræos² annos
MDCLVI.; secundum septuaginta interpres, duo milia CCXLIII.*

De archa Noe et diluvio.

Anno vitæ Noe cō, inundante diluvio, cum septem anima-
bus archam intravit, quam spatio centum annorum loquente
sibi Domino xx. annis prius fecerat. Et excrescentibus aquis
super terram cl. diebus, Domino pluente xl. diebus et noc-
tibus, vicesima septima die mensis septimi cum stetisset
archa super montes Armeniæ, et post quadraginta dies cor-
vum emisisset, et postea columbam ferentem ramum olivæ,
vicesima septima die secundi mensis egressus est de archa,
eadem scilicet die qua intraverat anno revoluto, cum septima

¹ *primus*] primum, E.

| ² *Hebræos*] Hebreo, Ch.

Cambridge University Press

978-1-108-05334-1 - Flores Historiarum: Volume 1: The Creation to A.D. 1066

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

HISTORIARUM.

5

Matt. Par. decima luna secundi mensis intrasset. Et accepto sacrificio,
 i. 4. cum concessionem carnis comedendæ sine sanguine suscep-
 pisset, et in signum diluvii præteriti, non futuri, et incendi
 venturi yris posita fuisse; vino, quod primus excoluerat,
 inebriatus, et a Cham irrisus, huic maledicens, et reliquis
 filiis benedicens, obiit.

De tribus filiis Noe.

Tribus filiis Noe texuntur generationes septuaginta duæ,
 quindecim scilicet de Japhet, triginta de Cham, [x]vii. de
 Sem, qui disseminati sunt per orbem. Sem obtinuit Asiam,
 Cham Africam, Japhet Europam; quorum genealogias veteres
 ita distinguunt.¹ Primus de genere Sem in Asiam veniens
 provincias in hunc modum dispositus.

De primis gentilium regnis.

Crescente post diluvium populo, exorta sunt quatuor prin-
 cipalia regna, Assiriorum ab oriente ubi prius regnavit
 Belus, Siciniorum ab occidente ubi Egialeus, Scitarum ab
 aquilone ubi Tanus, Egiptiorum a meridie ubi Mineus.
 Belo successit Semiramis uxor sua, quæ Babilonium caput
 regni constituit. Cui Ninus qui inventor idolorum fuit,
 faciens imaginem Belo patri. Tandem Sardanapallus, a quo
 Arbaces regnum ad Medos transtulit. Super quos tandem
 Astiages regnans, data filia sua principi Persarum, de quo
 Cirus ortus est, ab eo est superatus. Quo mortuo, regno ad
 Persas translato, Darius filius Astiagis cum eodem Ciro
 conregnavit.

Distinctio² regionum.

(Not in Orbis sive mundus noster habitabilis qui undique clauditur
 Matt. Par.) Occeano tres habet partes principales, scilicet Asiam, Afri-
 cam, et Europam. Asia autem est capacissima. Sunt eni-
 in ea istae regiones; India, Achaia, Parthia, Siria, Persia,

¹ *distinguunt*, MSS. | those of Wendover fuller, and

² This chapter is not in the MSS. | placed later than here.
 of Matthew Paris, but it is given in

Cambridge University Press

978-1-108-05334-1 - Flores Historiarum: Volume 1: The Creation to A.D. 1066

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

Media, Mesopotamia, Capadoccia, Palestina, Armenia, Cilicia, Caldea, Siria,¹ Egiptus, Libia. In Africa hæ sunt provinciæ; Libia Cyrini, Pentapolis, Ethiopia, Tripolitania, Bifanna,² Getulia, Natabria, Numidia, Samaria, Syrtes majores et minores. In Europa hæ sunt regiones; Roma, Calabria, Hispania, Alamannia, Macedonia, Tracia, Dalmatia, Pannonia, Colonia, Gallia, Aquitania, Britannia,³ Hibernia, Aquilonales infra Occeanum. Primus homo de genere Japhet venit ad Europam Alanus nomine cum tribus filiis suis, quorum nomina sunt hæc; Ysicion, Armenion, Neguo. Ysicio quatror habuit filios; hi sunt Francus, Romanus, Alamannus, Britto;⁴ Armenion habuit filios quinque qui sunt hi; Gotus, Walagotus, Coebidus, Burgundus, Longobardus; Neguo quatror habuit filios, quorum hæc sunt nomina; Wandalus, Saxon, Bogarnus, Targus. Ab Ysacione primogenito Alani ortæ sunt quatror gentes, Latini, Franci, Alamanni, et Britanni. Ab Armenione filio secundo orti sunt Gothi, Walagothi, Cebidi, Burgundi, et⁵ Longobardi. A Neguo autem filio tertio exorti sunt Bogari, Wandali, Saxones, et Tharinci. Istæ autem gentes subdivisæ sunt per totam Europam. Fuit autem Alanus, ut aiunt, filius Fretheuir, filii Ogomum,⁶ filii Thoi,⁷ filii Boib, filii Symeon, filii Mair, filii Athach, filii Aurthaach, filii Cetheet, filii Cozh, filii Abirk,⁸ filii Ra, filii Esra, filii Isram, filii Bath, filii Johan, filii Jabath, filii Japhet, filii Noe. De Asia autem et Africa alibi dicetur.

De generatione Sem.

Sem c. erat annorum quando genuit Arfaxat, biennio sci. Matt. Par. licet post diluvium. Arfaxat genuit Sale vel Caynan, qui i. 5. Sale condidit civitatem quam de nomine suo Salem appellavit, qui etiam⁹ genuit Heber, a quo dicti sunt Hebræi, vel ab Abraham, quasi Abrahæi. Heber genuit Phaleg, cuius tempore filii filiorum Noe increduli pacti Dei, quod pepigerat cum Noe de diluvio non futuro, composuerunt lateres pro saxis et bitumen pro cæmento, ut ædificarent turrim cuius altitudo tangeret cælum; quod si iterum¹⁰ inundaret diluvium,

¹ *Siria*] om. E.⁶ *Ogomum*] Ogomun, E.² *Bifanna*] Bissamia, E.⁷ *Thoi*] Thay, E.³ E. ins. major et minor.⁸ *Abirk*] Abreh, E.⁴ *Britto*] Brito, E.⁹ *etiam*] om. E.⁵ *et*] om. E.¹⁰ *iterum*] om. E.

Cambridge University Press

978-1-108-05334-1 - Flores Historiarum: Volume 1: The Creation to A.D. 1066

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

Matt. Par. in summitate ejus manerent securi. Et quoniam arte propria
 i. 5. existimaverunt se evadere posse diluvii periculum et incendii,
 facta est ibidem, scilicet¹ in agro Sennaar, linguarum di-
 visio seu confusio, ita quidem ut nec unus eorum intelligeret
 vocem proximi sui. Ideoque divisit eos Deus in diversas
 regiones, et cessaverunt ædificare turrim. Vocatumque est
 nomen loci illius Babel, id est, confusio, quia ibi confusum
 est labium universæ terræ. Phaleg vero, in cuius familia
 remansit Hebræa lingua, omnium antiquissima, iccirco dictus
 est Phaleg, id est ab aliis divisus. Phaleg genuit Ragau,²
 Ragau genuit Saruch, qui genuit Nachor. Iste Nachor, cum
 exisset de Chaldæa, ducta in uxorem Melcha, filia fratris sui
 extincti, moratus est in Carram³ Mesopotamiæ, mortuo ibi
 patre suo et Abraham in terra Chanaan peregrinante; hos
 tres fratres, Hus, Buz, et Batuel, cum aliis quinque genuit.
 De quorum uno, scilicet Buz, descendit Balaam, qui secun-
 dum Hebræos dicitur in Job Elind Buzites. Iste Nachor
 genuit Thare, qui non valens ferre injurias sibi illatas de
 adorando igne in Chaldæa, ubi et filium suum primogenitum
 Aram extinxerunt, peregrinatus est cum Abraham et Nachor
 et familia Aram in Carram⁴ Mesopotamiæ, ubi completis du-
 centis quinque annis, Thare mortuus est.

De Nino rege magno Assyriorum, et Semiramide matre ejus.

Temporibus Thare regnavit Ninus, rex Assiriorum poten-
 tissimus, reginæ Semiramis filius. Hæc virum mentita, tri-
 ginta et duobus annis regnum Assiriorum potentissime gu-
 bernavit. Quæ ut callidius virum mentiretur, brachia et
 crura veste virili, caput vero thyara, tegebat; et ne forte
 novo habitu aliquid occultare videretur, eodem ornato et
 populum vestiri jubet, quem morem vestis exinde⁵ gens illa
 universa tenet. Magnas denique res gessit. Quæ nec con-
 tenta, mulier virilis animi, terminis quos adquisitos a viro
 suscepérat, Ethiopiam bello pressit, Indis bellum intulit, quos

¹ *scilicet in agro*] in agro sci-
 licet, E.; scilicet Sennaar in agro,
 Cl. Re.

² Cl. Re. has *vel Reu* over *Ragau*,
 and this has been generally inserted
 in the text in the MSS.

³ *Carram*] terram, E. and Ch.
 originally; Aram, H.M.T.W.

⁴ *Carram*] terram, E. H. terra,
 M.T.W.

⁵ *exinde*] om. E.

Cambridge University Press

978-1-108-05334-1 - Flores Historiarum: Volume 1: The Creation to A.D. 1066

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

præter illam nullus ante subegerat. Hæc Babilonium civi- Matt. Par.
tatem aedificavit, eamque muro circumdedit, et ut esset caput i. 6.
regni Assiriorum instituit; quæ tandem a filio suo interfecta
est. Qui dum matri successisset, contentus elaborato a pa-
rentibus regno, belli studia depositus, et, velut sexum cum¹
matre mutasset,² raro a viris visus, inter feminarum turbas
consenuit. Cujus exemplum ejus posteri prosecuti responsa
gentibus per internuntios dabant. Post Ninum denique reges
triginta sex regnum Assiriorum continua possessione tenuer-
runt, usque ad Sardanapallum, per annos mille trecentos.

De numero annorum secundæ ætatis.

Vixit autem Noe post diluvium cccl. annis; Sem, dc.; Arfaxat, cccxxxviii.; Sale, cccxxxix.; Heber, cccclxiv.; Pha-
leg, cccxxix.; Reu sive Ragau, cccxxix.; Sarug, cccxx.; Nachor, cccxxix.; Thare vero vixit lxx. annis, et genuit
Abram, anno videlicet xlvi. memorati Nini regis Assiriorum.

*In Thare terminatur secunda ætas, habens secundum Hebreos
annos CCXCII. secundum Septuaginta MLXXII.³*

Thare, ut dictum est, genuit Abram, Aram, et Nachor. Aram genuit Melcha, Loth, et Saram. Iste Loth cum exisset de Sodomis, subversis quinque civitatibus, genuit hos duos, Moab et Amon, de filiabus suis ebrios factus. Nachor genuit Hus, Buz, et Batuel, ex Melcha filia Aram. Batuel genuit Laban et Rebeccam. Abram habuit uxorem Saram nomine, filiam scilicet Aram fratris sui. Habuit etiam duas ancillas, Agar Egiptiam et Cethuram. Ex Sara genuit Ysaac, ex Agar Ysmael, ex Cethura Madan et Madian. Ysmael genuit Nabaioth et Cedar. Iste Abram, suffocato Aram fratre suo, adoptans filium ejus Loth, ducta in uxorem Sarai, cum patre peregrinatus est in Carram.⁴ Inde mortuo patre venit in Sichem, et inde Pentapolim. Abraham⁵ Egiptiis arithmeticam (Not in et astrologiam tradidit; a quibus ad⁶ Graios postea devene. Matt. Par.)

¹ *cum matre*] quo matrem, E.

² *mutasset*] imitasset, A. Cl. Re.

³ *MLXXII.]* marcii, T.

⁴ *Carram]* Aran, E.H.M.T.W.

⁵ This sentence, which is not in Paris, follows the next in E.

⁶ *ad Graios]* ad Grecos, E.

agraios, M.; augraies, H.

Matt. Par runt. Postea Abraham¹ collocans tabernaculum inter Bethel i. 7. et Hay, cum in Egipro uxorem simulasset sororem, rediens in convalem Mambre, habitavit confederatus tribus fratibus. Qui cum de occisione quatuor regum veniens a Melchisedech decimas accipiente honoratus fuisse, signum dandæ prolis in pecudibus et avibus suscepit. Deinde cum esset annorum septuaginta et quinque, et impugnaretur a Chaldais et Mesopotamicis per invidiam, eo quod ipsi colerent ignem et effigies deorum, ipse autem coleret Deum unum creatorem cunctorum, et assereret Illi solummodo honorem cultus et gratiarum debere retributionem, creaturam autem virtute et administratione Conditoris disponi, et non propria virtute subsistere; ad imperium Domini relicta gente et patria sua, venit in terram Chanaan, accipiens promissionem,² quod in gentem magnam excresceret nimis, mutato nomine ab Abram in Abraham, quod³ interpretatur pater multarum gentium, et quod in semine ejus benedicerentur omnes gentes. Denique divinitus præceptum accepit, ut se cum sua sobole circumcideret,⁴ non ut ipse Deus aliquid superfluum in homine creasset, quod postea juberet occidi,⁵ sed ut inter alias gentes hoc corporis signo electi viri soboles nosceretur. Et cum esset jam senior, genuit Ysaac. Præcedenti tamen tempore, ut dictum est, genuerat Ysmael, unde Arabes et aliæ gentes se esse ex genere Abrahæ gloriabantur. Circumcisus est etiam Ysaac nativitatis suæ die octavo. Præterea⁶ cum⁷ esset grandævus Abraham, præcepit ei iterum Deus præfatum filium suum Ysaac sibi immolari in monte Morin. Quod quidem ille, Creatori amplius quam suo affectui cupiens deservire, voluit adimplere. Sed nunquam creditibus dura Divinitas, suspendit virum angeli voce a filii nece, ostendens ei, quem immolare pro filio, arietem, ut absque pietatis dispendio tanti sacrificium consummaretur viri. Post hæc autem cum esset Ysaac jam sexagenarius, genuit Esau et Jacob, patriarchas Ydumeæ et Israeliticæ gentis.

¹ Abraham] om. E.

² promissionem] provisionem, E.

³ quod] qui, E.

⁴ circumcideret] circumcidat, E.

⁵ occidi] abscidi, E.; abcdidi, M.

Ra. T.

⁶ Præterea] Propterea, Re.

⁷ E. ins. jam, and so R. later.

Cambridge University Press

978-1-108-05334-1 - Flores Historiarum: Volume 1: The Creation to A.D. 1066

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

10

FLORES

De regno Argivorum.

Circa hos dies natum est regnum Argivorum, ubi primus Matt. Par. regnavit Ynacus, cuius fuisse filia Yo perhibetur. uxor Isidis, i. 8. quæ ut magna dea est in Egipto culta, eo quod ibi juste regnaverit, et homines ibidem litteris¹ informaverit.

De filiis Ysaac, Esau et Jacob, et² generatione eorum.

Memoratus Ysaac cum laborante in partu Rebecca et oraculum audiente de Esau servituro³ Jacob apud Abimalech in Geraris peregrinatus, cum uxorem dixisset⁴ sororem suam, de semine centuplum colligens, tribus puteis eruderatis, et quarto facto in Bersabee, ibidem fædere inito cum Abhimalach et Phicol, Esau reprobato, ignarus benedixit Jacob, qui, fratre suo⁵ tum in primogenitura tum in benedictione supplantato, in Mesopotamiam proficiscens, cum pro visione⁶ juxta Luzam titulum erexisset, et pro Rachel et Lya servitium quatuordecim annorum apud Laban complesset, pacto de aliis septem annis pro gregibus virgarum mutatione vix completo, cum uxoribus et filiis undecim, a Laban furto sublati idolis a Rachel, recedens in Galaad est comprehensus. Inde cum Laban fædere inito in lapidibus ad Manaum, ubi angelorum castra vidit, proficiscens, ordinatis turmis vadum Jaboch transiens, matutina lucta læso nervo cum angelo completa, mutatione nominis facta, præmissis muneribus, fratri suo tremebundus occurrit. Cujus filia Dina a Sichem oppressa, et Sichimitis in dolo occisis, jussu Dei ipse in Bethel altare erexit, et domum purgavit.

Esau⁷ hispidus venator, venditis primogenitis a lenticula fulva dictus⁸ Edom, ductis uxoribus Chananæis, Judith et Basemath, supplantatus a fratre in benedictione, redeunti Jacob de Mesopotamia cum quadringentis viris pacifice occurrit. Matrem quoque Esau et Jacob, scilicet Rebeccam, adduxit Eliezer servus Abrahæ Ysaac, de Mesopotamia, sororem Laban, filiam Batuelis.

¹ *litteris*] litteras, Ch., and so A.
Cl. Re.

⁶ *pro visione*] per visionem, H.
M. Ra. W.

² *et . . eorum*] om. E.

⁷ E. ins. the rubrick *De Esau*

³ *servituro*] servituri, E.

Idumei erant.

⁴ *dixisset*] duxisset, MSS.

⁸ *dictus*] ductus, E. ; ductis, Re.

⁵ *suo*] om. E.